

**In Hippocratis Elementa ... commentarius / Denuo per Alexandrum Arnaudum ... castigatus.**

**Contributors**

Dubois, Jacques, 1478-1555.  
Arnaudum, Alexandrum.

**Publication/Creation**

Basle : J. Derbille, 1556.

**Persistent URL**

<https://wellcomecollection.org/works/gj4ec85c>

**License and attribution**

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection  
183 Euston Road  
London NW1 2BE UK  
T +44 (0)20 7611 8722  
E [library@wellcomecollection.org](mailto:library@wellcomecollection.org)  
<https://wellcomecollection.org>



ISAGOGES  
ANATOMICAE  
&c.  
J. SYLVIUS.

1556







✓ - JJ



Jd 23


The Library of the  
Wellcome Institute for  
the History of Medicine

MEDICAL SOCIETY  
OF  
LONDON  
DEPOSIT

Accession Number

Press Mark

1-3) SYLVIUS, J.



IN  
HIPPOCRA-  
TIS ELEMEN-  
TA IACOBI SYL-  
VII MEDICI  
COMMEN-  
TARIUS.



Denuò per Alexandrum Arnaudum  
diligentissimè castigatus.

BASILEAE,

*Ex officina Iacobi Derbilleyn.*

M. D. LVI.

и

НІПОГЯА

ТІС ЕЛЕМЕН

А АСОСІСТІ

ІСІК МІСІЧ

ІЗМОД

ІЛІАТ

66

Одногодівські відомості  
з підкоренням Егейських

ІАСІЛІЕА

Бахчисарайські Документи

М. В. ГІЛІ

3

IOANNI MORINO  
CRIMINVM CENSORI  
APVD PARISIOS  
æquissimo, Jacobus  
Sylvius Me-  
dicus

S. D. P.

**S**i homines hominum caussa genera-  
tos esse verum est (quod est præ-  
clare à Stoicis dictum) ut homo sci-  
licet hominem adiuuet, qui de com-  
muni hominum societate plenius in dies, ac etiā  
in horas commeretur, iure optimo is in vniuersi-  
generis humani communitate maximus simul  
& optimus est habendus. Quæ caussa etiam  
vnica maioribus nostris deos tam multos pe-  
perit, Isidem, Osirim, Palladem, Neptunum, Her-  
culem, & alios propè innumerabiles, commoda  
quædam maxima in communem hominum vti-  
litatem largitos. Nisi enim Hercules (ut cete-  
ros omittam) Cacum latronem illum maximè  
insignem de vita sustulisset, nisi idem Hydram,  
Lernæ paludis beluam septemplicē extinxisset:  
bisq; & alijs quām plurimis regionum multa-  
rum monstribus à se domitis, de hominibus tan-  
quam Deus aliquis terrenus fuisset bene meri-  
tus, nunquam ab his deorum immortalium nu-

A 2 mero

mero post mortem fuisset adscriptus. Sed quid  
præclara Herculis facinora nobis tantum audi-  
ta commemoro? Nónne tu tanquam Hercules  
quidam Gallicus, non Cacum tantum, sed Cacos  
innumerabiles atque adeò nænitos latrones, ra-  
ptores, sicarios, homicidas & reliquos homines  
facinorosos, reipublicæ permicioſos, communemq;  
hominū societatē omni vitiorū genere contami-  
nantes sic de medio tollis, vt iam sine iniuria in  
pace viuatur? Nónne præter eā utilitatē publi-  
cam, urbem quoque istam longè amplissimam  
annis ante te multis non furibus ſolus, ſed etiam  
superſtitioſis colorum contentionibus, cōtentio-  
ſis prætorum ſcholaſticorum comitūs, litibus  
beneficiarijs, vt hydra illa rediuiuſ, & immor-  
talibus infamiam, tanto studio ab his facino-  
ribus indigniſſimiſ vindicasti, vt muſis litera-  
rum bonarum ocio planè liberrimo frui nunc li-  
ceat? Tu enim ciues bonos laude merita cumu-  
las, tu innoxijs vt ſunt commeriti, animaduer-  
tiſ: facisq; hac iuſtitiae parte, ne cui quis noceat  
etiā laceſſitus iniuria. His virtutibus ciuitatem  
noſtrā conſeruas, adiuvas, auges: ſic, vt in te ci-  
uitatis noſtræ ſalus hodie nitatur maximè: qui  
virtutis tue ſpendor eſt maximus, cum deo opti-  
mo maximo in terris vix quicquam ſiat acce-  
ptius, quam concilia cœtusq; hominum iure fo-  
ciatos (quæ ciuitates appellantur) conſeruare,  
adiu-

5

adiuuiare, augere : ob idq; ciuitatum rectoribus  
& conservatoribus certum in caelo ac definitum  
constituit locum, vbi cum ex corporum vincu-  
lis tanquam e carcere euolarint, beati &uo sem-  
piterno visione diuina fruantur. Quæ autem  
cauissa quæ commouit, vt amplitudini tuae com-  
mentarium hunc medicum dedicarem, fuit, præ  
ter fauorem summum quo me vt cæteros lite-  
rarum puriorum studioflos vnicè prosequeris, ma-  
xima studiorum similitudo: quæ tibi criminum  
censori equissimo est cum medico. Huius enim  
prius est officium, vt inculpatam sanitatem si-  
milibus conseruet: tu mores probos modis omni-  
bus fones atque adiuuas. Alterum medici mu-  
nus est morbos profligare, idq; remedij malo  
contrarijs. Tu ex nostra republica vitij genus  
omne summa cura, industria, prouidentia amo-  
liris. Medicus extremis morbis extrema exquisi-  
tè remedia statim adhibet, mitioribus primum  
clementiora: deinde si opus est, valentiora. Tu  
leuiora quedam peccata, nunc publica solùm  
infamia, nunc virgis, nunc succisa auricula coèr-  
ces: in grauiora ctiam laqueo, vel decollatione,  
vel rota, vel oleo feruente, vel flamma ipsa a-  
nimaduertis, ne quid postea tale ipse commit-  
tant, & vt eæteri horum exemplo sint ad pec-  
candum tardiores: quomodo canceros, cancrenas,  
sphacelos, & eius generis affectus immedicabi-

les, ferro sape & cauterio medici ce lebres cum  
parte affecta execant & proijciunt, ne pars  
sincera trahatur in vitium. In summa medicus  
actiones per sanitatem integras modis omnis us  
molitur, ut nulla corporis, aut animi molestia  
diu viuatur. Tu actiones per virtutem  
Christianas Deo concilias. Vale, et  
quod amplitudini tuae mu-  
sculum offerimus gra-  
ta manu ac-  
cipe.



IN



I N H I P P O C R A -  
T I S E L E M E N T A  
I A C O B I S Y L V I I  
*medici commen-  
tarius.*

\*

**S**E C T A rationalis & dogma-  
tica, eademq; verè methodica  
(cui tanquam omnium opti-  
mæ ipsi nos addiximus) nobis  
imperat corporis curandi naturam omni-  
no nescendam, idq; ordine maximè dupli-  
ci, resolutorio & contrario illi composi-  
torio. Proinde corpus humanum nobis in  
partes primum maximas, deinde alias o-  
mnes diuidendum quoad sensu minimas  
attigerimus. Maximæ verò totius partes  
sunt caput, thorax, venter, artus. Capitis  
partes, oculi, aures, facies, ac reliquæ intra-  
cranium, & extra particulæ. Oculi partes,  
humores tres, tunicæ quatuor, quæ, ut alio-

A 4 rum

rum similiter diuisorum vltimæ partes, sunt similares & simplicissimæ, & in alias hominis partes non amplius diuiduæ: ob id elementa hominis sensibilia dicuntur, cùm tamen verè elementa non sint. Nam quæ albæ sunt partes in nobis ex spermate prodierunt, rubræ verò ex sanguine materno sunt conformatæ. Sperma autem tam viri quam mulieris, & sanguis maternus nostræ generationis principia: illud seu forma, hic tāquam materia, ambo ex elementis quatuor conflata, sed interuentu humorum quatuor sanguinem constituentium. Hi autem sunt sanguis sincerus, pituita, bilis flava, & succus melancholicus. Elementa verò in alia elementa non amplius diuidi possunt: sed physicè in materiam tantum, & formam prima & simplicissima naturæ principia ex philosophia naturali cognita, ut & elementa. Hæc tamen quatenus ad medicum spectant, paucis explicanda nobis sunt, ut corporis naturam ordine etiam compositorio doceamus. In quo prima sunt quæ resoluendo fuerunt postrema, ut contrà quæ in componendo sunt postrema, resoluen-  
do prima spectantur: ut domum cùm demolimur, tectum primū post parietes diruimus,

diruimus, postremum fundamētum erui-  
mus: si verò ædes molimur, fundamenta  
iacimus prima, mox illis parietes instrui-  
mus, postremò tectum superdamus.

Porrò elementum est pars minima rei  
quam constituit, propriè quidem ac sim-  
pliciter, ignis, aër, aqua, terra, philosophiæ  
naturalis materia. Abusiuè autem loquen- *Gal. li. de*  
tibus, medicis quidem elementa in homi- *elemētis.*  
ne sunt etiam humores quatuor, & partes  
similares, eademq; simplices sensu. Vnde  
elementares quoque appellatæ, gramma-  
ticis verò literæ, & aliis aliæ res quiduis  
primæ constituentes, seu diuidendo vlti-  
mæ & minimæ. Quæ verba uti & Galeni  
diffinitio ordinē istum duplēm innuunt:  
nam minima pars & quæ diuidendo vlti-  
ma est resolutiorum. Aristoteli quoque  
expressum lib. 3. de cælo cap. 3. diffinienti  
elementum esse corpus in quod reliqua  
corpora diuiduntur. Compositorum vè-  
rò cuius est elementum, seu quod reliqua  
constituit: quod Aristoteles planiis 5. me-  
taphysicorū expressit, elementū est corpus  
simplex, ex quo aliquid componitur, &c.  
Ex quibus Aristotelis diffinitionibus suā  
Galenus contexuisse videtur, & particulā  
corpus intellectisse, ut materiam & formā

A 5 corp

corporum simplicium, seu elementorum & mistorum principia ab elementis separaret. Vtrunque autem ex his est, quæ ad aliud referuntur: pars enim totius est alii-  
cuius, & elementum misti est principium. Ignis igitur: aër, aqua, terra, quatuor sunt elementa rerum omnium hic generabilium & corruptibilium communia: quem numerum ab Hippocrate, si Galeno cre-  
dimus institutum, à Platone, Aristote-  
le, Galeno, ceteris confirmatum, tan-  
quam certissimum recipimus, ne nobis  
plura uno esse, & quot sint, verbosius sit  
probandum.

*Res quæ-* Qualia autem in se fint hæc singula,  
*nisi nosci-* quidque horum quodvis in congressu, &  
*tur nomi-* mistorum ex ipsis natura, aut agat aut pa-  
*nus ratio-* tiatur, dicamus à nominis ratione & diffi-  
*ne & dif-* nitione exorsi. Elemento cuique no-  
*finitione.* men est vnum ab ipsa rei substantia & na-  
tura impositum, ignis, aër, aqua, terra,  
alterum à vincente & summa in singulis  
qualitate, calidum ignis, humidum aër,  
frigidum aqua, siccum terra: quanquam  
& humidum aqua Aristoteli in Meteoro-  
*Initio sa-* logicis, & Galeno in natura humana &  
*nit. tueu-* simplicibus interdum dicantur, alia tamē  
*de.* ratione, ut post explicabimus.

Elem

Elementorum diffinitio ut aliarum re-  
rum est difficilis, ob id quod verarum &  
essentialium differetiarum inopes sumus  
maxime, & quod elementis nihil est prius  
per quod diffiniantur. Ad hanc elementum  
corpus est simplex, nec habet unde consti-  
tuatur. Diffinitio autem essentialis ex his  
qua rem cōstituunt, informanda est. Ideo-  
que quod fieri oportet, ubi differentiae es-  
sentiales desunt, proprietatibus formā rei  
consequentibus, aut idem conuexis res de-  
scribenda ast. Proprietates autem optimè  
constituuntur ex perfectissima cuiusque  
actione: suntque hæc differentiis essentiali-  
bus proximæ, & ad exprimendam quā-  
tum datur, rei naturam accommodæ. Per-  
fectissima autem cuiusque elementi actio  
à qualitate prima in ipso summa profici-  
scitur.

Est igitur ignis elementum, quod om-  
nium maxime calefacit, & omnium ma-  
xime aere humectat, & aqua refrigerat, ter-  
ra siccatur, ut singulis elementis singulæ pri-  
marum qualitatum summæ insint: sed a-  
liæ quoque ex his, non tamen summæ, ac  
retusæ, ut igni siccitas, aëri caliditas, aquæ  
humiditas, & terræ frigiditas inest, mode-  
rata tamen.

Sim

Singulis præterea elementis aliæ insunt qualitates ex primis illis tactilibus, plurimum corporeis, omnium potentissimis productæ: virum quidem quam primæ multò inferiorum, sed tamen eximiarum, tenuitas, raritas, leuitas, splendor, per spicuitas: & his contrariae, crassities, densitas, grauitas, obscuritas, opacitas.

Quæ qualitates in singulis elementis quam facultatem habeant ad generandum, aut corruptendum, qui ignorat de elementis infra modum philosophatur.

Quandoquidem ut in singulis nostri corporis instrumentis & aliis omnibus a liquid agentibus, vna est pars primaria actionis causa effectrix, aliæ adsunt per quas melior fit ea actio, quædam sine quibus non fieret eiusmodi actio, aliæ denique per quas prædictæ omnes conseruantur: sic in elementis ipsis qualitas vna inest, summa scilicet, actionis elementi præcipua: causa effectrix præcipua: quæ vero illi sociata est qualitas, non summa melior rem reddit actionem: qualitates reliquæ ex primis ortæ, partim ea sunt facultate, per quam actio talis melior perficiatur, partim qualitates illas omnes conseruent.

Caus

Causa autem sine qua non fit actio, extra ipsa est posita, ut post audies. Non autem qualitas secunda sustinet rationem eius sine quo non fiat actio, ut quibusdam placet. Nam aqua feruens vrit ignis modo, tamen ea quantumuis calfacta semper humidissima est Galeno, ut post audies; terra quoque calfacta siccatur etiam magis quam frigida, ergo neque ignis siccitas, neque aquæ & terræ frigiditas, si humidissima est aqua, ea sunt, sine quibus actio non fiat. Quæ quatuor cum in singulis elementis fuerit paucis persecutus, finem scribendi faciam. Ignis elementum est (ut dixi) omnium maximè calefaciens, qua vi summè calorifica, omnium valentissimè homogenea, & quæ unius sunt naturæ in unum cogit, congregatque. Heterogenea verò & quæ naturæ sunt dissimilis, à se inuicem omnium potentissimè separat, singula tamen horum in suam velut familiam. Quæ perfectissima ignis est actio, eaque à qualitate in ipso summa quæ est caliditas profecta. Sic enim rectè Aristoteles calidum, seu calefaciens diffiniuit. Hoc autem opus Meteororum cum calidorum reliquorum, tum maximè rū. cap. 1. ignis esse, tibi apertè commonstrant fulminis, & ignis huius inferni effecta: nam si

Lib. 4.

Meteororum

rū. cap. 1.

domus

domus icta fulmine, vel occasione alia incendio flagret, terreum in carbonem, ac inde in cinerem abire cernes: aqueum tenuari, & si multum est per extrema exudare (ut in titione viridi incenso quotidie vides) sin paucum, in vaporem & aërem flaminæ alimentum transit, aër poris lignorum clausus, & inanitatibus calamorū (quibus tecta domus fortè fuerit) flammæ etiam pabulum est, tenuatus enim magis fit ignis, à quo prædictorum portio plurima in fumum & vaporem crassum soluta, deinde vi caloris separatur, & crassiore sua parte fuligo efficitur, tenuiore aër. Idem testatur in lacte coagulum, sed aperte minus, ob id quod etiam imbecillus multò calet quam ignis. Coagulum enim laeti vaccino, vel alij parum calenti immixtum calore per lactis in ventriculo primo animalium lactantium corruptiōnem acquisito: sed haud ita vehementi crassas lactis vaccini, vel alterius partes ac terreas in caseum cogit, & si quæ sunt, butyrosas ac aéreas, neutras tamen omnes cū in sero caseosum quoque aliquid supersit, & fortè butyrosum, quod ipso percocto apparel, in caseumq; secundarium à quibusdam cogitur.

Idem

Idem argumentum in butyri secretione est. Nam calore cùm externo tum præcipiè interno , quæ multus baculi in imo lati & pertusi percussus excitat , butyrum à sero butyri in hac lacticis parte separatur. Idemque in mille aliis liquidò apparet, ne in re pescicua testibus utar parū necessariis. Ignis igitur suo calore summo homogenea cogit , heterogenea dissipat. Quæ tamen qualitas, vt aliarum quævis si sola agat , aut multò etiam insignius aliis agat in generationis subiectum, nunquam fiat generatio, vt per vteros calidiores, fri- Cap. 3. li.  
gidiores, humidiores , sicciores apertè de- 2. de gen.  
clarauit in aphorismis Hippocrates : sed mutuò se ipse inuicem contrariæ inter a-  
gendum, tandem vt res ipsa existat & per-  
stet contemperant in corporum substantia , quæ tota permutationi , & affectioni,  
alterationique subiecta est. Calor igitur  
iste , sed iam diuinus & rerum generator  
fæcudissimus in semine sopitus nutritio-  
ne auctior & valentior ubi euasit , quæ in  
semine ipso est portio cerebri, in cerebrū  
separat, & in pulmonem, cor, hepar, ven-  
triculum, partesque alias , quæ pulmonis,  
quæ cordis , quæ hepatis , quæ ventriculi,  
quæ reliquarum quoque partium in eo  
est

est porrio. Est enim semen Aristoteli, & post eum Galeno, excrementum benignū ultimi alimenti singularum corporis partium. Qua ex re pendet maximè parentum in filius similitudo, non partium tantum, sed vocis & aliarum actionum atque adeo morum: vnde à Mantuano carmeli- ta rectè scriptum mihi videtur, Qui viret in folijs venit ab radicibus humor: Sic pa-  
trum in natos abeunt cum semine mores.  
Hæc ipse diuinus calor semini animalium atque adeo plantarum insitus per se molitur, sed diuinū addidi, quod calor, qua calor est, heterogenea quidem illa separat ac dissipat, & homogenea cogit: qua verò diuinus est cerebralem in semine portionem sursum distribuit, & cranij portionem ex eodem semine secretam ipsi cerebro circumponit, cordis portionem in medio pulmone & thorace medium ex ipso semine secrevit, pulmonariam verò thoracicāmque in semine portionem cor- di circundedit, eadēmque iustissimā ipsius œconomia in reliquis partibus effulsit: si- ne qua nonne vt in lignis, & aliis vrendis terreum omne subsidet, aëreum & igneū attollitur: aqueum, vt dixi prius, ambigit pro varia sua substantia, & varia sui mo-  
tione,

tione, sic in imum corpus, verbi gratia: vbi pedes & tibia sunt, quicquid in nobis est terreum nonne ob insitam grauitatem subsedisset? ibique ossa omnia, cartilagini, ligamenta, cerebrum, spinalis medulla & ossalis coacta substitisset? Adeps vero sanguinis portio tenuior, bilis flava, spiritus ipsi leuitate innata elati summa pettissent? carnosum genus totum in medio interstitisset? Idem calor in semine diuinus, seu spiritus ille calidus & nostri formator, venas, arterias, canalesque reliquos & cavitates sensu manifestas, atque etiam obscuras (per quas corpus uniuersum est confluxile & conspirabile Hippocrati) fistulat, easque quibus maximè ad actionē, aut usum conuenit applicat, & adaperit, os sa minora fecit spongiosa, crassissima etiā caua ad nutrimenti idonei repositionem, eadem ossa connectittam affabré, ut nihil omnino desiderari queat. Quid non facit idem quibusdam, aut anima, aut primum ac principalissimum animae instrumentum censemur ob vires in gignendo, formando, viuendo præcipuas. Hæc vero effecta licet à calore illo diuiniore nō impedito sint inseparabilia, tamen illius non sunt propria, cum reliquæ ignis &

B alio

aliorum omnium elementorum qualitates in ea cooperantur, ut mox dicam, sed tamen igneus ille vigor, cuius cælestis origo est, primas partes in hac formatione sustinet totus ubique actuosus.

Siccitas secunda, & mitior in igni est qualitas, illi insita, & substantiæ suæ conexa, quæ etiam corporis alicuius humiditatem surgendo & combibendo exhaust, quod siccare propriè dicimus: quanquam illi altera quoque siccandi vis accidit, & secundo inest, dum scilicet calor igneus, humorē à se tenuatum foras euocat atq[ue] dissipat. Vtraque siccandi vis actionem ignis reddit præstantiorem, Ignis autem non modo calidissimus est, sed calidis in victoria siccis que fouetur.

Sicca enim omnia quam humida (nisi aërea & pinguis sint) ardent promptius, ut in lignis experientia est quotidiana. Vinum item mel, oleum, adipes quo veterauerunt magis, eò calidiora, sicciora, tenuiora euaserunt (nisi speciem corruptionis mutent) ob id etiam promptius ardant.

Nec tantum ignis huius, sed multò magis ignis illius ætherei actionem siccitas iuuat, cum sua tum rei in quam agit dum cuique

cuique parti formandæ apta , & in locum  
idoneum secreta ex semine portio , mox  
propter natuam humiditatem diffueret  
ac relaberetur eo vnde est secreta,nisi ad-  
iutrix accessisset caliditati siccitas. Por-  
tione siquidem humiditatis illius largio- Initio.  
lib. sani.  
ris ( vtrunque enim nostræ generationis *tuenda*.  
principium semen, & sanguis est calidum,  
humidum,) per siccitatem illam duplensem  
& præterea terream absunta iam stat  
mole sua , & tanquam fixa manet nostri  
corporis materia , cavitatumq; latera am-  
plius ob mollitiem non tam sunt in se in-  
uicem decidua. Iam ossa ipsa non nihil so-  
lida euadant , & à vicinis partibus minus  
siccari habilibus aperte circumscripta dis-  
fident, quoinodo figulinum opus vniuer-  
sum initio præ mollitie caducum est: so-  
le autem & vento siccatum, euadit solidius:  
igne vero perfectè siccatum tum demum  
fit solidissimum , sic ossa in nobis prima  
ætate velut cerea per nutritionem augen-  
tur: iustum autem asséquuta incremētum:  
duritiem induunt lapideam, ac eam ipsam  
quotidie maiorem, & nulla hominis indu-  
stria vitabilem. Quod siccitatis effectum  
in ossibus apparet magis, in cæteris tamen  
corporis nostri partibus ad portionē spe-

B 2 Etatur:

Etatur: in his quidem magis, in aliis minus, pro varia principiorum natura & educationis.

Ne igitur cassa sit actio calidi, aut saltem parum firma in subsidium addita est siccitas, quam non parum adiuuat maxima terræ cuique corpori mistæ magis, minus siccitas, de qua suo loco post nobis agetur.

Eandem commodandi rationem ignis leuitas, tenuitas, raritas, splendor, perspicuitas sustinent. Hisque qualitatibus adiutricibus fit & caliditate omnium efficacissima, ut ignis exigua portione vires mutandi habeat omnium maximas, terra contra etiam maxima portione minimas, ut interiori actionem præcipuam quæ à tota fit substantia omittam. His ergo qualitatibus leuitate, tenuitate, raritate, splendore, perspicuitate fit, ut ipse ignis infernus, & multò magis æthereus iste ac internus in omnem corporis mutandi partenī promptius penetret, eisque quantumuis exiguas, profundas, densas, peruadat, & pro sua natura afficiat, muterque: & si datur, similes sibi reddat, hoc est, summè calidas, siccas, leuisimas, tenuissimas, rariissimas, splendidas, perspicuas maximè, hoc est, ignem, vel igneū,

igneū , vel ignitū corpus efficiat. Ne verò omnia sint ignis propter eximiā ipsius ad mutandum promptitudinem & vehementiam, contraria aliorum elementorum natura repugnat. Nam elementis ut agentibus reliquis scopus est passum quo ad eius fieri potest , simile sibi reddere , nec prius ab agendo desistere, quām vicerint, si vincī potest. Ut ergo ignis dum in alia agit elementa, ea ipsa vincere conatur: sic cætera elemēta igni resistentia in ipsum agūt, ipsumque si præpollent, vincunt, modo tota substantia & qualitatibus nonnihil cognata sint. Porrò tenuitas, quia calorem ignis summum sequitur, estque illius effectum , ob id in igni summa est, ut summa à raritate summa leuitas. Nam frigidum nullum qua frigidum est, tenue est. Accidit enim , & succus corticis viridis nucū quamvis frigida sint, & ob id phlegmonarum incipientium remedia , sintque eadē etiam tenuia: quæ tamen illis inest tenuitas, quandam in utroque substantiam igni tenuatam sequitur. Sunt enim hæc ut alia pleraque substantiis duabus contrariis , & inde ortis facultatibus etiam contrariis constituta. Quam rem indicat sapor , acerti quidem non solum acidus,

idemq; frigidus , sed etiam acer & is calidus : corticis verò nucis multùm amarus substantiam terreā igneo calore multùm tenuatā sequutus, quo per macerationem in aqua dulci identidem mutata dissipato cortex ipse manet ~~anōn~~, hoc est, qualitatis expers ac insipidus, proindeq; idoneus ad saporem quemuis suscipiendum, quod de cucurbita & tubere Gal. quoq; pronun-

**L*i. 1. sim*** ciauit. Pro pterea nux viridis ante condupliciū ca- turam qualitate amara per macerationē, **22. & li.** vt dixi exuitur. Aér autem flante borea **6. Symp.**-tenuior , quia ob frigiditatem vaporibus **Tenuē du** non crassescit vti austriinis flatibus. **Tenui-plex.** tas autē haec facit, vt ignis & ignea promptè in partes minimas separentur , & nisi sint dura , & magna in omnem corporis partem promptè permeent.

**Lib.2. sa** Rarum abusuè , & per metaphoram **nit. tuēd.** quod laxum est ac solutum , vt ignis, aér. Propriè verò quod poros & meatus habet multos & magnos , vt pumex , spongia. Contrà densum propriè quidē quod nullis aut paruis est meatibus, vt buxum ebe- num , abusuè autem quod est coactum, compactum, solidum, vt aqua, terra.

Vtraque autem raritas leuitatem habet adiunctam : sed longè maiorē impropriè dicta

dicta raritas , quin & propriètatum ob id  
leue est , quòd suis illis poris , vel ignem ,  
vel aërem corpora rara , & ob id levia cō-  
tinet : quorum loco si aqua aut terra po-  
ros impleteat ( Vacuæ enim esse omnino  
non possunt ) quanquam tara quoq; tunc  
meritò dicerentur ( cum poros & meatus  
habeant multos & magnos ) tamen tan-  
tum abesset , vt pro raritatis ratione essent  
levia , vt etiam omnino grauia essent . Sic  
etiam densa hæc sunt grauia , & quibus in-  
siderant grauitatem suam impertiuntur  
pro multitudinis ratione , maiorem den-  
siora , minorem minus densa .

Hac tenuitate summa & raritate sum-  
ma , & inde orta leuitate summa præditus  
ignis , ac multò magis iste ignis æthereus ,  
etiam minimas partes alterandi corporis  
( vt dixi ) attingit quantumuis abditas , in  
quas actionem suam nō explicat , si pro  
tenuitate , raritate , leuitate crassitatem , den-  
sitatem , grauitatem terream sortiretur .

Calorem ignis utriusque præterea iu-  
niant dictæ qualitates , vt si quò abierint se-  
gregata corpora ab igni pulsa , eò ignis  
flamma his qualitatibus adiuta comitetur ,  
caq; omnino permittet , quæ tamen semi-  
mutata fortasse manerent . Neq; enim ce-

rebro satis fuit, ut in hāc partem eius substantia sit à calore insito secreta, nisi etiam tenuitate, leuitate, raritate, ut idem de fulgore, & perspicuitate pollicear, omne in cerebri partē penitissimè ad actiones suas comparasset, ut in eo nihil redundet, desidereturq; nihil. Qua in re opera naturæ artificum etiam præstantissimorū, ut Phidiae, Polycleti opera longè antecellunt, cùm hæc tantum foris superficie sunt bene expolita, intus verò moles quædā terrea, rudis ac impolita.

Cùm naturæ opera maiorē multò intus partium omnium dignitatem, admirabilemq; non modò temperaturā, sed conformatiōnem quoq; ostentent.

Caussæ ergo sint qualitates dictæ non solùm melioris ipsius ignis vtriusq; actionis: sed etiam ignem, ipsiusq; facultates omnes, ac essentiam conseruant. Facile enim ignis vterq; marcesceret, ac tandem extingueretur, nisi qualitatum harum beneficio promptè in passum se ipse quaquaversum insinuaret: quæ res ad permutandi passi siue ignis gignēdi aut nutriendi celeritatem magni est momenti. Calor quoq; noster quanquam essentia est crassiore quàm igneus, substantiæ tanien totius

tius proprietate & dictis qualitatibus paucis horis id perficit , quod nunquam ignis vel inceperit . Ex cibo quo quis mox chylus , ex chylo sanguis , ex sanguine instauratus singularū corporis partium fluor , id aper- tē demonstrant . Neque minus caloris hu- ius custodiā qualitates hæ operantur , cùm harum ope pabulum sibi continenter ex sanguine sibi moliatur , & qui singulis in partibus est insitus , ex harū alimento aut si desit , humido substantifico , Tenuitas , raritas , leuitas in igni cùm tam sint aëtuo- sæ qualitates , an in eodem fulgor & per- spicuitas sint otiosæ ? At frustra est à natu- ra factum nihil . Expendamus itaq; quām igni vtriq; cōmoditatem afferant : quan- quam vt igni externo manifestiūs insunt & luci ipfi , ita in eo magis effectus illa- rum apparebunt : etenim in igni interno etiam insigniūs inesse cogitatione facile assequemur , sed & sensu ipso , vt postea probabimus .

Fulgores terrifici quando micat igni- bus æther , vt poëta inquit , lux flammæ , solis , lunæ cæterorumq; astrorum , quām repente in mediū aërem , & etiam aquam , vitrum , diaphanea reliqua se extendant longissimè , experientia quotidiana abūde-

B 5 persua

*Gal.aph.* persuadet. Quodque corporibus in quæ  
hæc agunt splendoreni quoq; imprimunt,  
ostendūt fructus præsertim, qua parte so-  
lem excipiunt, ostendunt etiam alia pluri-  
ma à flamma ipsa illustrata, & splendida  
reddita: sed caloris interni fulgor vel pue-  
ro perspicuus est in colore corporis sanè  
florido, & bene habito, vegeto, ac nitente,  
apparet quoque in sanguine, bile flava,  
atque adeo attra, quæ ex adustione nigre-  
dinem habet relucentem. Apparet om-  
nium maximè in oculis quos si in tene-  
bris vel minimùm confricueris cernas ex  
eo igneas quasdam scintillas cōfertim ef-  
fulgere & foras erumpere. (Visio enim  
ignis Platoni in Timeo & sensorium vi-  
dendi tenuiss. Gal.lib.4.loc.Aphro. cap.2.  
Aristoteli autem aqueū cap.2. lib. de sen-  
su) aliam scintillatum à percussu caussam  
affert Aphr.proble.58.sect. primæ. In luce  
quoq; splendida percussus oculus eadem  
visa efficit. Huic enim spiritui à calore  
insito splendor inest, cuius & raritatis, le-  
uitatis, tenuitatis beneficio per neruos  
etiam momento ad imos vsq; pedes con-  
uolat, ac in cerebrum, si cogitur, reuolat.  
Sic aërem perspicuum & planè purum  
**lux solis, lunæ, facis, ac splendor de repente**  
**perm**

permeat: crassum verò & nebulosum aërem , aut vapore crasso victum , minima parte sui peruidit , id quod nobis liquidò apparet , dum latet obscura condita nube dies, ac per caliginem, & in partis stupore. Neq; solum alteri est magis permeabile corpus perspicuum, sed ipsum quoq; magis est penetrabile:aqua enim minus transparens quam aér, tardius alia corpora penetrat, & tam aér quam aqua quo purior,& ob id transparentior fuerit,eò celerius corpora alia penetrat: quò obscurior & opacior, eò tardius.

Hactenus satis explicasse mihi videor actionem ignis primariam à calore eius summo perfici : meliorem tamen fieri, & etiam conseruari qualitatibus aliis , ipsi etiam insitis, siccitate, tenuitate, raritate, leuitate, fulgore, perspicuitate. Restat demonstrandum id sine quo ignis non agat. Est autem non ei proprium, sed elementis cæteris atq; etiam omnibus quæ agunt aliquid cōmune. Id verò est ipsius agentis seu caloris ignei quantitas, & robur , corporis quoque afficiendi ab igni præparatio , agentis passuriq; corporis aut contatus , aut idonea saltem vicinia. Medium item ad agentis robur deducendum accō-

mod

modum & liberū: postremò tempus, nisi enim agens passo fuerit quantitate & robore potentius, actio non fiet, cùm ab æquali proportione actio, & victoria non fiat. Quamuis enim caliditas sit qualitatum omnium ad agendum efficacissima, tamen quantitatē quandam ad vincendum requirit, cùm ignis scintilla lignum crassum vix vñquam vſserit. Neque putas oportere passo agens mensura, aut pondere, aut mole semper præpollere, satis enim tantam esse eius quantitatē quæ cum hoc robore passum vincere possit.

Nam ignis parua portione vires habet maximas.

Robur autē agenti est ipsi non à quantitate sola, sed à vi & facultate quadam agendi insita vel acquisititia, etiam sine quantitate, vt milites multos, sed ignauos, stolidos imperitos, quanquam robustissimos, à paucis strenuis, sagacibus, exercitatis, etiā strigosis vinci ſæpe videmus. Quædam enim parua quantitate vires habente transmutandi maximas, vt ſpuma canis rabi, ſemen in muliere corruptum, aura illa virulenta in epilepticis quibusdā, venena plurima, aqua vini ſæpiſſimè destillata chæmyſtarum (ſi fiat) elixir.

Passuri

Passuri corporis præparatio quantum vim ad agentis victoriam habeat, ostendit morborum generatio in paratis tantum, humorū iam expelli præparatorum facilis vacuatio, alimentorum sole, igni & aliis præparatorum facilis in ventriculo coctio, lignorum siccatorum, pingui aliquo illitorum, in minima sectorum facilis vstio. Quid verbis opus est? nihil sub cœlo fit sine hac afficiendi corporis præparatione, si enim sit rebelle, affici contumax, nihil aut minimum patietur: & fortasse plū agat quām patiatur: quomodo qui manu lapidem cædit, & caput alicuius durum, plū se ipse lædit quām percussum lædat.

Cūm agens finitarū sit virium, in quantum vis longinqua non aget, aut tam imbecilliter, vt opus sensum fugiat. Cumq; vis agēs per interualla delata semper magis elanguescat, & quō magis procedit, eò sit imbecillior, quō propior est corpori ipsum producenti, eò valentior inde requiritur agentis & passi propinquitas: quē illi ad agendum, huic ad patiendum maximè sit idonea, vt ignis in propinqua & cōtigua valentissimè agit longē dissitane calefacit quidem: lapis iactus propinqua valenter

lenter contundit, longinqua vix afficit.

Medium agentis vim deducens liberū. Nam contactus omnino per medium ali- quod perficitur, vt docet Arist. lib. de ani- ma, vt visio non fiat nisi aëris sit luminosus, neq; lapis hunc quem appetis aut percu- tiet, si alius intercesserit, vel corpus ali- quod validum opposuerit. In aliis mediū, id est breuius, in aliis longius. Est quando id medium vires agentis intendit aut re- mittit, vt calor ignis per aquam agit blan- diūs, per cineres valentiūs, per arenā quo- que valentiūs, per puluerem scorię valen- tissimè. Et ignis quem Græcum vocamus, ignis item fulminis viri sacerdos quām no- strās, vt ille etiam in aqua vrat, hic vinum, gladium consumat: cùm ignis tantūm sit, sed intentione diuersus ob alimenti (opi- nor) familiaris copiam, vt in oleo, tere- binthina, melle, & similibus incensis ap- paret. Contrà ex lapide amianto elly- chnium oleo affuso flammarum nutrit, sed ipsum immortale manet ignibus invictū, vel totius naturæ proprietate, vel quod substantificum eius humidum igni nō est habile depasci. Id quod declarat mantilia eo ceu lino neta & texta: quæ dum for- querunt, igni purgantur nullo prorsus io-

com

commodo. Tempus deniq; omni agenti est penitus necessarium, cùm nihil instanti fiat, sed tempore ad agendum egeat, id quod tam est manifestum, vt probatione non egeat.

Hæc in igni fusili sum prosequutus, quod is sit maximè omnium actuosus, & efficacissimus: deinde quod hæc in igni cognita nullam requirent declarationem nouam in aëre (cùm hic quoq; sit calidus, tenuis, rarus, leuis, spendidus, perspicuus) & hæc atque alias caussas, sine quibus non agant, habeant easdem cum igni. Adhæc si contrariorum eadē est disciplina, aqua autem igni est contraria tota sua substantia, & qualitatibus propè omnibus, terra quoq; quatenus crassa, densa, grauis, opaca, igni & aëri contraria, non erit difficile, quæ de igni dicta sunt cæteris applicare: vt præterea mihi oratione longa non sit utendum. Paucis igitur eadem methodum in aëre exerceamus, cuius vt ignis & reliquorum elementorum à natura ipsa scopus est iustitiae varietas ad generationē, & corruptionem necessaria. Primaria igitur aëris actio querenda est, vt in igni sumendaq; ex qualitatibus in eo sumimè actione. Ea autē qualitas quæ sit etiam docto-

rum

rum sententiis ambigitur , quidam enim  
aëri summā humiditatem, aquæ summam  
frigiditatem tribuunt: alij contrà, frigidi-  
tatem summam aëri , aquæ summam hu-  
miditatē largiuntur. Quin & Gal. & Ari-  
stoteles nunc hos , nunc illos sequuntur.

Nam aqua supra quam quod refrigerat  
omnium est humidissima. Nil enim est a-  
qua humidius, lib. 1. simpli. cap. 30. in fine.

Aqua siue feruens vt exurat, siue refri-  
gerata maximè , humectandi facultatem  
nunquam, vt consentaneum est, deponit.  
lib. 1. simpli. cap. 8. ad finem. Humidissima  
quoq; aqua Galeno statuitur lib. de natu-  
ra humana cōmentario in textum , Nam  
vt annus. vt Aristoteli lib. 4. meteororum  
cap. 4. Aër verò humidissimus Galeno di-  
citur commentario in textum , de natura  
humana , Cùm igitur natura. & Arist.lib.  
2. de generatione cap. 3. & alibi passim.

Quæ igitur est in aëre , & aqua summa  
qualitas nondum planè cōstat, & ea nunc  
esse in aëre toto non vna videtur , sed in  
medio frigiditas,in summo caliditas quæ-  
dam ignea,in imo multum varia pro ven-  
torum,regionum,& anni partium natura,  
tamen ferè qua tangit aquam humiditas,  
qua terrā non humectatam siccitas. Hinc  
aquofis

aquoſis locis aëreni ſemper humidiorē experimur, arenofis & lapidofis ſicciorē. Ad hæc infimus hic & nobis circumfusus aér nos modò calefacit, modò refri- gerat, modò humectat, modò ſiccatur pro varia (ut dixi) regionum, partium anni, & præſentis ſtatus temperatura. Eum verò qui eſt igni proximus, ignis naturam ſequi veriſimile eſt. Medius quanquam fri-gidifl̄m̄ ſit, in omnem tamen exceilum alterabilis videtur, cùm & frigiditatem il- lam ſummis æſtibus intendi aliis tempo-ribus minimè ſcribat Aristo. cap. 12. lib. 1. meteororum. Frigidifl̄m̄ autem de- monſtrant mixta imperfecta in eo con- cretione genita, nubes, nix, grando, pluia, quodq; omnia coagula bilia atque ipsam aquam nos ambiens aér vbi medio ſimilis euāſit flatu aquilonio congelet, non aqua aërem. Eò autem frigiditatis aér medius perueniſſe videtur non ex ſua natura, ſed ex accidenti. Vaporibus ſcilicet ex aqua in eum illatis initio, qui densatus in eo tum etiam minùs calido quam ſit ſummus igni vicinus, & quam imus radiorum reflexu calfactus, aquæ frigiditatem naturam repe- tiuit, ac pro ſua qualitate illa aërem me- dium iam frigidum effecit, ut vaporibus

C in cereb

in cerebrum elatis & in eo densatis, cerebrum tandem euadit pituitosum, & frigidum, cum ipsum, ut partes spermaticæ aliae licet initio calidæ sint, tamen quia exangues, frigidæ euadunt.

**Arist. ca.** Alij aërem medium natura non ex accidenti frigidissimum esse hinc colligunt, generat. quod si quid purorum, & mictionis experientiam in tium est elementorum, in ea ipsius esse summo, parte quæ à mutationibus cōtinuis est rezerrā in motissima, sit verisimile, ut in conuexo centro puræ ignis, media aëris sphæra, & ad polos aëre, riorē aë- terram in centro. Ad quod aquæ vergentem verò res in venis terræ ipsius etiam elementa & aquæ res magis fuerint. Cæteræ elementorum in pura partes elementa non sunt, sed singulæ ex magis elementis conflatae, quapropter & nutriunt menta. terra, aqua, aër, & pyraustas ignis: nutrit autem non possunt, nisi ei quod defluxit simile substituantur: at id elementis quatuor constabat: ergo & quæ animal nutritura est elementi pars, elementis quatuor constat ob tam multas iam inde ab orbe condito elementorum alterationes mutuasq; in se transmutationes. Quandoquidem quæ elementa sibi sunt contigua, qua se parte attingunt, nullius elementi alterius internentur in se cōtinenter mutuo trans-

cunc,

eunt, ob symbolum & consensum substantiae totius, & qualitatum tum primarum, tum aliarum prius consequentium. Quem Gal li. de consensum quo maiore habent, eò prom. nat. hom. ptior fit mutua eorum transmutatio : sic nis. aër summus & ignis imus tota natura sibi proxima in se facile transire videntur, ut aër nos ambiens facile fit flamma, quæ in aërem de repente redeat. Sic aër imus & nos ambiens, & aqua summa, aqua iama, & terra sub hac summa, sed hoc discrimine : quodquæ ex elementis ob essentiæ ruitatem & qualitatum energiam mutari aptissimis fit transmutatio, illa celerimè, & nullius interuentu perficitur: quod non solùm à tota substantia secum familiari, sed etiam qualitatibus valentissimis fiat, ut ignis & aëris summi mutuam alterationem esse promptissimam est verisimile, quia multum cognata sunt hæc duo & potentibus qualitatibus prædita : ambo enim leuia, rara, tenuia, splendida, perspicua, & tota natura cognata, caloréque & siccitate sibi proxima, ut intensis parum his qualitatibus substantiam alterantibus, mox ignis ex aëre illo summo fiat : remissis, ex igni imo aër, quod aër nos am-

C 2 biens

biens demonstrat, hic enim & aërea om-  
**Lib. 3. tē-** nia in ignem promptè transit.

**per amē.** Contrà vero elementa ob essentiæ cras-  
situdini mutari inepta, præsertim à qualita-  
tibus minimum efficacibus in se tardius  
transeunt, fereq; alterius mediæ mutatio-  
nis interuentu, vt aér nos ambiens in a-  
quam, & aqua in aërem non transit pri-  
mò, sed per vaporem in quem aér crassatus abit. Hic verò vapor crassatus magis fit  
aqua, quæ tenuata fit vapor, qui tenuatus  
magis in aërem transit, quod caligo & ne-  
bula vapor utraque ostendit: nam tenuata  
magis in aërem vanescit, crassata fit plu-  
ūia. Per tenuationem verò reliquas aeris  
qualitates intellige, & aquæ qualitates a-  
lias per crassationem. Nam aqua nō mo-  
dò tenuata, sed leuior, rario, perspicua  
magis: sed tota sua substantia mutata fit  
vapor, & hic iterum omnes aëris qualita-  
tes & substantiam adeptus fit aér. contraq;  
aér natura sua tota & infitis qualitatibus  
depositis fit vapor: idem aquæ substantia  
assumpta simul cum qualitatibus om-  
nibus fit aqua. Aér igitur per vapo-

**Ca. 8. li.** rem in aquā transit, & aqua per vaporem  
**i. simpl.** in aërem remigrat. Vapor enim cùm hu-  
mor fit

mor sit tenuatus naturæ est mediæ inter  
aërem & aquam, opinor quòd ea duo ele-  
menta mox in se transire nequeant ob na-  
turarū varietatem, quomodo alimēta no-  
bis familiaria, lac, vinū, caro, mox corpus  
alūt quæ magis sunt à nobis aliena, vt bru-  
torum pascua, multis in medio egent antè  
transmutationibus quàm nos nutrire pos-  
sint. Nam aér tenuis, leuis, rarus, aqua cras-  
sa, grauis, densa, perspicuitate & splendo-  
re tamen communicant duo hæc elemen-  
ta, & præter hæc ignis. Sed hæc qualitates  
sine aliis sunt ad transmutandum maximè  
imbecillæ: Faciliusq; terra in ignē transie-  
rit quàm aqua, igni tota natura & primis  
duabus qualitatibus contraria. Terra autè  
siccitate igni cognata est, quò fit vt terrea  
lignorum sicciorū portio proimptè in car-  
bonem transeat ignis speciem. Aqua verò  
priùs in vaporē, inde in aërem abeat opor-  
tet, quàm familiare ignis alimentum effi-  
ciatur. Ad hanc mutationis aëris & aquæ Li. 3. tem-  
peratitudinem facit plurimiū qualitatū mu-  
tationem hanc facturarum ad agendum  
imbecillitas, non substantiæ solius mutan-  
dæ contumacitas. Nam à frigido fit aëris  
in vaporem, & vaporis in aquam mutatio  
adiuuante grauitate, crassitie, densitate: à

C 3 calido

calido autem imbecillo aquæ in vaporē,  
& inde in aërem mutatio adiuuante pauca  
vtrōbique leuitate,raritate,tenuitate,quæ  
qualitates magnæ essent necessariax, si ab  
aqua in aëreni fine medio faciendus esset  
transitus:sic ex humore à calore imbecil-  
lo fiunt flatus in nobis, & aëre vaporosa  
quædam substantia à vehemēti non fit nisi  
materia sit flatulenta. Gal.lib. 6.de caussis  
Symptomatum.Multūm igitur momenti  
habet ad transmutationis celeritatem sub-  
stantiarum societas,similitudo & familia-  
ritas, quæ tamen per se mutare non suffi-  
cit sine qualitatibus primis præsertim, sed  
etiam aliis mutandam materiam præpa-  
rantibus toti substantiæ omnium maximè  
mutanti, imò quæ sola verè transmutat  
qualitates,verò ipsius sunt instrumenta, ut  
pleniūs docui initio libri de facultatibus  
naturalibus.

Aërem igitur natura frigidissimū esse,  
sed variè à caussis variis alterabilem, quæ  
priùs dixi satis illorum sententia demon-  
strant. Quibus addas licet nō solūm aërem  
medium, quia nihil aut minimum altera-  
tionibus mutatur priorem & elementa-  
rem magis esse, & tamen frigidissimum:  
sed eum quoque qui ad polos propinquat  
eandem

eandem seruare naturam. Cùm enim sol & homo hominem, sol & planta plantam signat, tanquam potentissimus in generationem & corruptionem planeta, is autem quam maximè illustrat aëris partem, ut quæ inter tropicos spargitur, sed etiā quæ inter circulos arcticum & antarcticum, tamen quæ aëris pars his circulis cōcludi intelligitur, cùm solem aut non sentiat mensibus circiter sex, aut obtuse propter multam obliquitatem reliquo propè tempore sentiat, sub his aér elemētari proximus fuerit. At is est, vt in medio sui frigidissimus, quod ostendit mare sub eo glaciale: vt etiam nunc aëris elementi, & eiusdem frigidissimi multùm superficit, quantum scilicet à sole non calefit, nec miscetur rebus generandis: vt si in terra & in aëre illi respondentे animo fingis circulos arcticum & antarcticum, & à circulo arctico terræ ad circulum eiusdem antarcticum lineas deorsum curuas, vel in polos rectas duci imagineris, quæ circunscribant aëris nobis circumfusī, à sole illustrati & misti partem semper quidem æqualem (nisi aliquid impedit) nunc tamen versus articum audiam, cùm scilicet sol ad cancerum propinquat, nunc ad antarcticū, quādo sol

ad capricornum proprius accedit: deinde etiam à circulo arctico aëris ad circulum antarcticum eiusdem lineas similes, sed ter euruas duci animo concipias, ut primum velut semicirculo versus circulum terræ arcticum deorsum dorso perget, cui dum mediocriter propinquabit sursum reflectatur, qua prius figura lineæ in terra à circulis sunt dictæ, sed inæquali, ut in harum duarum linearum medio conclusa aëris regio, media è regione solis sit tenuior, quo magis à sole recedit, sit crassior: deinde perducatur linea ad circulum aeris antarcticum, ut quantum aeris inter lineas à circulis terreis, & aeris ductas intersit, totum id sit elementare magis & frigidissimum, quæ magna eius est portio, maior tamen multò quæ à sole miscetur. Nec ea tamen omnis fuerit etiam mistionis expers, sed ea tantum quæ vim solis non sentit. Quid quod nubibus, nocte, hyeme tantum ad suam naturam reuertī videtur aer, nulla foris corrogata qualitate, sed omisa solis calfactione, est autem tunc frigidus. Cur autem quæ sub sole regio aeris media iacet, sit frigidissima, partim prius à nobis dictum est, partim ab Aristotele. Non esse vero humidissimum hoc est omn

omnium maximè humectantem aërem,  
sed aquam hinc docere conantur. Corpo-  
ra omnia etiam inanis mata immodecē sic-  
ca nos aqua, & aquos corporibus mistis  
humida reddimus, non autem aere & cor-  
poribus aereis, nisi aliunde humectatis.  
Oleum enim humectat non aerea, sed a-  
quosa sua excrementosaq; substantia, quā  
vt succi cæteri immistani continet, eamq;  
congelabilem, qua ab olei nativo calore  
consumpta, oleum, vt aer & aerea, alia à  
frigore & gelu crassescunt tantum, non  
congelantur. Adhæc summa in quoq; ele-  
mento qualitas nulla ratione (ajunt) tolli  
potest, multò minus in contrariam muta-  
ri. Ignis enim summa caliditas igne ma-  
nente nulla ratione aboleri potest, multò  
minus ignis fiat frigidus. Eodem prorsus *Gal.lib.*  
modo quæ terræ inest siccitas manente *Simp.c.8.*  
terra non tollitur, nec etiam quæ aquæ  
inest summa humiditas tolli. Illa enim  
simplex quantumuis calfacta semper hu-  
mectat per se, per accidens verò humo- *Vetus est*  
rem vi accitij caloris tenuatum è corpo- *aer mo-*  
re foras euocat ac siccatur. Huc pertinet *tus Hipp.*  
quod nunquam eò frigiditatis aqua ve- *lib. de fla-*  
nit ex se, vt alia congelet, cùm aer inter- *tibus, ali-*  
dum tam frigidus euadat, quando videli- *ter Arist.*

cet motus facit boream, ut omnia cogat  
in glaciem duretq;. Quanquam id frigus  
imo aeri ex locis sub polo glaciali ob so-  
lis recessum accidere possit. Potest ac  
quoque hic elementaris magis statui.

Fuerit igitur potius illis autoribus aer  
natura frigidissimus, aqua humidissima,  
id est, omnium maximè humectans, &  
qua nihil est humidius, ut lib. i. simpl. cap.  
30. Aer autem calidus & incongelabilis,  
ut Aristoteli dicitur, fuerit summus, & per  
æstatem imus, interdum & medius, alicu-  
bi frigus remittit, seu caloris quidpiam su-  
scipit per æstus alicubi, hoc est, penitiore  
eius parte frigus intendit, ut Aristo. lib. i.  
meteororum cap. 12.

Si verò humidum id appellemus cum  
Aristotele, quod suum terminum suám-  
que superficiem extimam ægerrimè per  
se retinet, alienum verò terminum seu  
corporis alterius continentis figuram su-  
scipit, vt siccum illi contrarium, aer hoc  
modo fuerit humidissimus. Hæc enim  
passio aeri magis inest quam aquæ. Nam  
aer corporibus aliis quantumvis molli-  
bus cedit, nullamq; figuram ex se vel mo-  
mento retinet. Vacuato enim vase aliquo  
aer mox subiens eius yasis figuram susci-  
pit,

pit, suam exuit, & vesicam aere plenam in  
quam voles, figuram promptius mutau-  
ris quam aquam repletam, & flatu quan-  
tuinus leui aeris figuram mutas, siue ven-  
triculum imples siue vesicam, figuram igi-  
tur alterius cuiusvis corporis etiam aquæ  
aer ipse celeriter admittit. Id etiam decla-  
rat motus animalis per aerem multò ce-  
lerior quam eiusdem per aquam. Nam  
celerius per aerem quam per aquâ volat  
anas, delphinus se iaculatur, & quod aër pu-  
rior & tenuior & leuior, & rarius, eò cele-  
rior per eum fit volatus: quod crassior est  
aer, eò tardius per eum volatur, ut aqua  
quoque quod tenuior est ac leuior, eò per  
illam promptius nauigatur quam per cō-  
trarium.

Quod etiam docet lacus asphaltites in  
quo propter aquæ bituminosæ crassitiem,  
animal mergi non potest, multò minus na-  
tare. Crassities enim aquæ ut marinæ ad  
sustinendū naues grauissimas, pisces ceto-  
des, quantum est apta, tantum ad penetrar-  
dum est inepta.

Nec absurdum tibi debet videri aerem  
nunc frigidissimum, & aquâ humidissimâ  
dici diuersis scilicet rationibus & signifi-  
catis humidi. Nā aer humidissimus fuerit,  
quod

quod terminum alienum promptè admittit, suam verò figuram & superficiem ægrè retinet: aqua autem humidissima, quia summè humectat, imo etiam quia quod

Arist. li. in misto (ad Aristoteles humidi & aliarum  
4. meteo- primarum qualitatum definitionem re-  
rū. cap. i. fert) alienum terminum omnium facilli-  
c' 4. mè admittit, suum ægrimè retinet: cum

terminata corpora sine terra & aqua non  
consistant, aëris verò humiditas non est  
mistorum terminationi & cōtemperatio-  
ni usqueaque accommoda, per se verò  
est facillimè terminabilis, vt exēpla prio-  
ra ostendūt. 'Poteſt etiā aér humidissimus  
dici humiditate vñctuosa, in ipso propter  
tenuitatem & raritatem obscura: aperta  
verò in aëreis, vt oleo, adipe, humido sub-  
stantifico, quod incongelabile est: quia a-  
queum non est, sed aëreum, pinguelentū,  
vt docet Aristo. lib. de long. & breuit. vitæ.  
Imo non frigidus natura & modicè humi-  
dus est aer, vt illi persuadere conati sunt ra-  
tionibus non ita probabilibus, & quas ab-  
surdissima plurima, quæ recensere longū  
effet, consequuntur: sed verè est natura hu-  
midissimus, & modicè calidus. Id quod  
priusquam probem, paucis illorum ratio-  
nes mihi diluendæ sunt.

Primo

Primo loco quod scribunt aeris totius qualitatem nunc unam non esse, fatemur, cum & Aristotele cap. 3. lib. 2. de generatione, aerem & aquam impiora esse elementa, ignem & terram puriora recipiat. Neque agimus de apparente variis anni partibus aeris temperatura, sed de nativa & insita.

Quod secundo loco afferunt, aerem elementum in media ipsius sphæra maximè inueniri, id cū Aristotele, nec in aere, nec in aqua recipimus, in igni & terra verum est. Nam in media regione cum mista imperfecta gignantur, & interdum animalia, & monstrosa quædam, quæ Iupiter pluifse dicitur, quomodo igitur ea pars pura erit & non potius summa?

Tertio loco quod subiiciunt summam cuiusque elementi qualitatem perpetuam esse, non magis ipsorum sententiam tuetur quam demolitur. Nam et si donemus qualitatem cuiusque elementi summā in ipso esse perpetuam, id aerē frigidissimū non conuincit: cū media ipsa regio sit alterabilis, ut etiam Aristoteli visum est docēti medium regionem cibis frigidorem, quam frigoribus. In qua si ranae & alia quædam mista perfecta gigni recipimus, per aestus ac pluere etiam calor aliquis vicinas mediæ

mediæ partes occuparit, fueritq; tunc fri-  
gida, quomodo ouum in aquam feruentē  
inieictum ambitu coquitur quidem, intus  
verò crudum manet: & panis traditus igni  
valido, vt si assatur intus humescit magis  
protrusa intro parte humiditatis superfi-  
ciariæ.

Quarto loco quòd aqua nunquam tam  
frigida, vt congelet: aer autē borealis om-  
nia concrescere habilia congelat, id ex fri-  
giditatis intensione sola non accidit, sed es-  
sentiæ tenuitate & crassitie: aer enim fri-  
gidus ob essentiæ tenuitatem facit frigus  
penetrabile magis, & aquam cæteraq; ge-  
labilia etiā penitissimè congelat: aqua au-  
tem frigida & frigore & essentiæ crassitie  
sibi viam præcludit, vt ne minimum quidē  
intrò penetret. Quin & aqua calfacta in  
aere etiā æstiuo & meridiano deposita fri-  
giditatem recipiet, velut natuā multò ma-  
iorem quā quæ ab aere, ex quo patet eam  
natura esse frigidorem aere, ad hæc si aer  
esset frigidus, tria elementa essent frigida,  
vnicum & à nobis remotum calidum, & ca-  
liditas in nullo elemento esset remissa, cū  
singulæ aliæ in aliquo sint elemēto remis-  
sæ, vt singulæ summæ. Sed de his plus satis,  
nūc aerem natura humidissimū, cum Ari-  
stotele

stotele probemus, hoc est etiam maximè  
humectantem. Nam aer & intimos lapides  
citò ac penitissimè humectat, si pluui' est.  
Humiditate tamē parū diu ob tenuitatem  
duratura, aeria verò pinguis, ut adeps oleū  
etiam diu humectant: cùm aqua, nec citò,  
nec diu, nec penitus humectet. Quod si ae-  
rem pluviū ab aqua sibi mixta non à se hu-  
mectare dixeris, non negabis aerem vernū  
cum Hippocrate calidū humidum, & eun-  
dem mutationū à Sole & aliis magnarum  
maximè expertem. Nam neque friget, ut  
hybernus: neque calet, ut aestiuus: sed velut  
in harum qualitatū medio est, neq; siccus,  
ut aestiuus. Humectare autē multò magis  
quām hybernus, hinc deprehendas, quod  
germinationi, & animalium generationi  
est aptissimus: quæ duo sine larga humiditi-  
tate non fiant, & largiore quā seminis ca-  
lor natius, aut solis possit depasci. Si enim  
totam depasceretur calor alteruter, neque  
generatio fieret, neq; per nutritionem au-  
ctio. Aer igitur omnīū penitissimè, & cer-  
tissimè & potentissimè humectat calido  
adiutus, & tenuitate, levitate, raritate, qui-  
bus qualitates contrariæ aquam penitus  
& potentius humectare prohibet. Quæ a-  
lia in hanc rem dici possunt, ex variis Ari-

stote

stoteliis locis adscribere supersedeo , ad secundam aeris qualitatem mihi transeundum est.

Aëris qualitas secunda eiisdem saltem fuerit humiditas, quæ immodecum ab ipsius frigido cōcretionē impedit, ob id per eā melior actio aeris sit à frigido, ut volūt, profecta. Partes enim corporis (inquiunt) tanquam lignū rigidū nolumus, præter ossa, sed molles & flexiles aeris humidi, & aquæ beneficio. Quanquā enim humida quædam magis cōcrescere videtur, quia videlicet simul terrea sunt, tamē quæ omnino humida sunt terrenæ fæcis expertia frigore non cōcrescunt, ut vina tenuia, acetum, cum his aquæ loco paratū attramentū scriptoriū, aquæ item igni distillatae tardius concrescunt his quæ aquæ vapore distillatae sunt, & ambæ aqua dulci: quæ quanto crassior, tanto citius cōcrescit. Quin & si aer i aquea humiditas accesserit, ut aquas tangent, aut pluuias & caliginem, multò magis corpora omnia etiā abditissima humectat quam aqua ipsa, sed minus diu, quod aeris tenuitas, raritas leuitas, splendor, perspicuitas aqua penitus in alia conuehūt, in quæ aqua per se ob crassitiē, grauitatē, densitatē, nunquam penetrarit, ut idoneū sit aquæ vehiculum

culum aer, quomodo propter totius corporis caliditatem & siccitatem sipientibus vinū vel acetū ex aqua sumptum sitim celerimē extinguit, cùm acetū siccitate & paucō calore præsertim, si acre admodum est, per se augeret, ut vinū calore, & ei proportione respōdēti siccitate, aqua verò quanquā frigida humidissima sitim illā extinguere sit idonea, tamen ob frigiditatem, cruditatem, crassitiē, densitatem, grauitatem diu in ventriculo, & hypochondriis moratur, neque in partes refrigeratione & humectatione egentes penetrare potest: cùm frigiditate poros, & ora vasorum densante, viam sibi fere præcludat.

Paucum autem acetum præsertim al-Oxycram-  
bum, vel aliter tenue multæ aquæ mistæ, tū, id est,  
tanta scilicet mensura, vt bibi citra mole- posca.  
stiam possit, sitim illam celerrimē extin-  
guit: & paucum vinum etiam album, vel  
pallidum, vel rufum & fuluum aquæ, sed  
largiori mistum. Aqua enim aceti siccita-  
tem, & si qua inest ob acrimoniam calidi-  
tas humiditate & frigiditate frāgit, & vini  
similiter. Vinum verò & acetum essen-  
tiæ tenuitate aquā, ceu vehiculum quod-  
dam in partes remotissimas celerrimē per-  
ferunt. Minus diu autem aer humectat

D      quam

quam aqua quòd eius humiditas , vt magis est per vias & corporum recessus ac portos meabilis, ita est dissipabilis magis. Aqua verò in eosdem meatus ob crassitatem ægrius inseritur , ibi tamen consistit ac diutius retinetur , vt que vniuersim & citò nutriunt , vniuersim & citò vacuantur, quæ paulatim ac tardè nutriunt , paulatim & tardè à calore nostro dissipantur, Hippocrati in Aphorismis. Porro aerem natura humidissimum & modicè calidum facile deprehendes , cùm mutationibus à solis accessu & recessu maximo vacat , vt vere ipso quando maximè est genitius aer , & prolificus maximè in toto plantarum genere: quanquam etiam tum humiditatem ex hyeme retinere calorem ab impendente æstate , & incipiente solis ad nos accessu causari aliquis possit.

Tenuitas,raritas, leuitas,splendor, perspicuitas in aere facultatem habent eandem quam in igne , sed tantò minorem quantò aeri insunt , hæ qualitates quā in igni imbecilliores. Insunt igitur vt melior aeris primaria fiat actio qualisqualis illa est , vtque aer & omnes eius qualitates conferuentur.

Per has enim aer agibilis , purior & incor-

incorruptior euadit, vt enim vitium captant ni moueantur aquæ, sic aer conuale, domo, arca, loco alio conclusus corruptionem sui odore tetro prodit. Quæ putredo omnibus non diffatis, nec ventilatis, præsertim calidis, humidis, ferè austris flantibus, qualis est nos ambiens, & loco calido, humido conclusis.

Calor enī vbi paulò est auctior, putredinis est autor, vt pote iam rei ipsi preter naturam: humiditas verò illa plurima à calore nativo, non cohibita nec victa diffluit, & elementorum dissolutionem, seu putredinem accelerat.

Cætera quæ in igni sunt dicta, sic ad eius actionem necessaria, vt sine his actio non fiat, eadem similiter in aere, aqua, terra, sunt expendenda agentis, scilicet quantitas, & robur, passi dispositio, utriusque contactus, aut iusta saltem propinquitas per quam agere, & pati, queant medium, legitimum & liberum, & tempus. Quapropter in his sermone longo mihi vtendum est nequaquam, sed ad reliqua duo elementa paucis explicanda transeundum.

Aqua omnino est eiisdem humidissima, quod (vt ex Galeno afférunt) hume-

Etandi facultas ab ea sit inseparabilis, cùm ea quantumuis calfacta, & refrigerata sit (modo non sit concreta) semper ex se humectat maximè. Ex se autem dicunt, quoniam feruens aqua, aut frigida multum nobis ingrato hoc utroque excessu feroris & frigoris, cutem densat, & poros contrahit: sicq; aquam aditu ad interiora prohibet. Quæ verò temperata est, & omnis alienæ qualitatis expers, illa semper humectat, siue potu sumatur, siue balneo corpori circundetur.

*Aquafer ues desat illis virium in generatiōe, summam enim terræ siccitatem, & eam duplicem quæ ab igni proficiscitur, aeris humiditate adiuta corrigit. Hæcque cum terra materiæ plurimum corpori tribuit, cuius continētia ferè sunt aquæa simul & terrea, atque etiam contenta præter impetum facientia, seu spiritus quæ aerea magis & ignea sunt, ut igitur terra ex aqua subacta fit lumen, habile ad formam quamuis suscipiendam, sic nostræ generationis primordia semen viri & mulieris, & sanguis maternus, ambo ex quatuor elementis composita: sed sanguis aqueus & terreus magis, semen verò quamuis initio aereū magis*

gis ac igneum est, dissipata nō multò post horum elementorum magna vi & substā-  
tia, quæ ex illo fiunt partes, aquæ & terræ euadunt. Tales enim temperamento sunt omnes spermaticæ & albæ in nobis partes, hoc est frigidæ omnino, & quædam etiam subhumidæ, ut cerebrū, nervi sensifici, quibus aquæ plus inest quam aliis siccis: quæ sunt cerebellū, spinalis medulla, nervi mo-  
lares, ossa, cartilaginiæ, ligamēta, tendones, mēbranæ, idq; magis & minus pro largio-  
ri terræ portione, nisi & siccitas ignea ac-  
cesserit, vel statim initio, vel saltem ætatis cursu aut vietu siccante.

Sed hi, non vident ex terra elementari, quæ quovis adamante, Galeno durior sensetur, & aqua lutum fieri non posse cùm aqua in hanc nunquam permearit: Aer autem promptè permearit, vt etiam lapides & metalla subeat, & ea etiam per gelu frangat, aut fragilia magis reddat.

Neque natuam illam humectandi vim aer vñquam perdit, nisi adeò sit alteratus, vt aer propè iam esse desinat. Summis enim æstibus igneus est aer, non aer abso-  
lutè. Est igitur nunc aer humidiss. quia ce-  
leste rime humectat: aqua humidissima, quia  
maxime diu humectat.

Secunda aquæ qualitas iisdem est frigiditas, quæ tamen Aristoteli cap. 3. lib. 2. generation. est prima, homogenea & heterogenea ad mixtæ compositionem cōgregans, sed non adeò ut congelet cùm sit in aqua non summa ut in aëre. Huic tamen si interdum summæ proxima accedat ex frigore aëris aut terræ, tamen mitior sentitur quam aëris frigiditas: siue quia ob aquæ crassitatem, & motum frigidi pigrum minus intra corpora penetrat quam aër. Hinc penetrabile frigus aëris in agis quam aquæ suo contactu corpora nostra afficit.

Quod si etiam detur maior aquæ quam aëri inesse frigiditas, tamen quia humidissima esse aqua prius est probata, minus glaciari est habilis ab sua frigiditate, nisi quam terrea multum est.

Hæc præterea frigiditas ignis summum calorem temperat, quomodo si Aristoteli *id falsum* credimus, cerebri frigiditas cordis caliditas probat. *libr. usus* tatem, facitq; frigiditas aquæ & aliorum cum calore iustum partium in calido, & *partium*. frigido motionem, quo modo humiditas *Gal. libro* siccitatē corrigendo humili, & siccii cor Method. pus quoddam medium efficit, cui scilicet esse tali conuenit ad edendam actionem suam, vel usum præstandum: sed tamen frigid

frigiditas hæc quædam in nobis glaciat, ut  
pituitam frequenter in cerebro, adipein  
in omnibus corporis partibus neruosum  
genus. Huius enim substantia est à frigido  
concreta, ob id fotu aquæ calidæ dissolu-  
tur. Quomodo quæ glacies multis iam  
annis loco aliquo cōcreta, manet cristalli  
modo, fit durissima & ægrè fusilis, vt &  
succinum septentrionali frigore valenter  
concretum, cùm guinimi pini Gallicæ fa-  
cile soluatur: sic adeps in nobis nouus ca-  
lore non ita multo liquatur & soluitur,  
vetus autem vehementi, vt per febres ar-  
dentes in quibus vrinæ pingues, & deie-  
ctiones optimæ inde apparent.

Splendor & perspicuitas in aqua vires  
habent easdem, quas in aëre & igni, sed  
maximè imbecillas: quòd in his leuitate,  
tenuitate, raritate, & in igni præterea ca-  
lore iuuentur ad penetrandum, in aqua  
frigiditate, crassitie, densitate, grauitate  
magis penetrare prohibentur. Tamen hæ  
tres aquæ, & terræ communes qualitates,  
vti tres oppositæ igni, & aëri magnarum  
sunt virium, & ad mistionem iustum ne-  
cessariarum, primùm, vt substantiæ plūs  
sub mole parua continerent: non contrà,  
vt ignis, aër rara (vt dixi) corpora. A qua

D 4      enim

enim & terra misto solidis substantiæ plius suppeditant, & grauitatem, quietemque præstāt, seu plius materiæ crassioris: ut contrà, ignis & aër plus materiæ tenuioris & spirituosa, à qua corpori leuitas, ad motiones promptitudo. Quod apertè ostendunt tenera animalia moueri promptissima, & aptissima ob spirituū magis æthereorum copiam, præsertim vbi iam aliquantulum adoleuerint. Vetula verò sedere, quiescere appetūt, si mouentur prope inuita: nec celeriter etiā si velint posfunt, quòd aqua & terra iam magis dominantur, vnde & pituitosa sunt maximè in spaciis inanibus, sicca plurimum in solidis partibus. Quin & spiritus impetum facere consueti in his supersunt perpauci, & hi quadamtenus iam frigore concreti, pigris mouere nos inepti, in aquosam, & terrream naturam quantū spiritui datum est, inclinantes. Ut igitur aqua, terra misto plus materiæ largiri videntur, sic ignis & aer plus formæ, aut saltem ex aqua & terra materiam informen, & ineptam ex se ad formā recipiendam velut poliunt, fingunt, formāt, ad formamq; suscipiendam omnium maximè apparant, & hac susceppta magis exercent agitatione perpetua.

Cui

Cui nisi aqua & terra crassitie, densitate, grauitate obsisteret, & ignem ac remq; velut illigarent, ac nexu quodam mistionis coercerent, haud dubiè mistum parum diu esset elementis illis tenuibus, leuibus, raris, irrequieto motu consumendis, aut stationem tuam deserentibus, & in locum natuū reuolantibus. Ergo elementa hæc duo cōtrariis duobus mista corpus quodam grauis & leuis, densi & rari, medium efficiunt: quod à leuibus illis mouetur, à grauibus interdum quiescit: vt si durabile magis, cōmodante in id non parum somno, frigiditate & humiditate, horum elementorum conciliato, quem caliditas, & siccitas interruptum, vigiliasq; ac insomnium inuehunt.

Calore enim motum excitari ostendūt *Ga. libra*  
viperæ sub æstu & homines vino, aut ali- *loc. aff.*  
ter calfacti: frigore verò quietem compa-  
rari testantur partes nobis frigore torpi-  
dæ, & viperæ aliaq; animalia hyeme latē-  
tia, tuncq; mortuis similima. Grauia igitur  
& densa & crassa hæc elementa, con-  
traria cohiberi inepta cōtinent, vt corpus  
animani, & vasa vitrea densa aquam vini  
oleo chæmistarum, facile ob tenuitatem,  
raritatem, leuitatem exhalabilia.

D S Terra

Terra tanquā officina quædam, & fundamen-tum generationum ac naturæ subiectum materiam præbet omnium pluri-

**Gal. libro** mam corporibus gignendis: quapropter *de natu. etiam plurima corruptis superest. Ea omnium maximè siccata ex se, præsertim sicca est elementaris, & simplex. Eadem cùm sit siccissima, etiam est omnium durissima, & quo quis adamante durior.*

Eadem figurā ægrè suscipit, susceptam pertinacissimè retinet, ut aqua & aer, & ignis contrà. *Quomodo qui discendi, & apprehendendi promptitudine pollut, memoria parū valent: contrà quibus discendi est difficultas, memoria sunt fidei.*

*Quæ res usus est omnino maximi ad rerum diuturnitatem. Cùm enim ignis, aer, aqua per se, & simul mista materiam rei præstent spargi facilem, extēdi promptam, figurari aptam, in quiduis sequacē, quibus suis lineamentis ductilē, sed celerimè eluibilem figuram, & maximè caducam ac euanidam, nisi horū subsidio terra à summo rerum omnium opifice superaddita esset, quæ ut per se ob siccitatem, & natam inde duritiem ægrè figuratur: ita aliis elementis omnium tamen maximè aqua dum emollitur, idque mediocriter,*  
*temp*

temperaturam quandam efficit, medium  
humidissimi ac siccissimi, ut in luto appa-  
ret. In qua quidem temperatura quantum  
ex aqua accedit mollitiei, tantum ex terra  
duritiei: & quantum aqua rem figurari  
aptam efficit, tantum terra fingi ineptam:  
& quantum terrae figura est durabilis, tan-  
tum aquæ est evanida. Sed tamē ipso for-  
mationis initio plus humidorum elemē-  
torum, ut antè docui, est immistū ad for-  
mationem singularum corporis partium  
faciliorem, quæ ne dilabatur prospectum  
est per contenta, & impetum facientia, &  
succedentem ætatis processu siccationem.  
Quomodo enim nec figulus formata vasa  
mox igni coquit ne rumpantur, sed antè  
paulatim vento, & sole siccatur, sic rerum  
opifex nostri corporis materiam initio  
statim siccari noluit, sed paulatim ne im-  
mortales essemus, si nunquam siccaretur.  
Id igitur ad mediocrē rerum durationem  
factum est, cùm perpetuæ esse nequeant.

Tradunt igitur elementa operas mu-  
tuas, & se inuicem adiuuant. Nam terra  
aqua beneficio in formā quamlibet, nec  
ita difficulter fungi habilis redditur, à ter-  
ra aqua, ne tam promptè diffuat, & velut  
stationē deferat, cohibetur: terræ & ignis  
siccit

siccitas, aquæ & aeris humiditate corrigūtur, & contrà, ignis item caliditas, & sæpe aeris, aquæ & terræ frigiditate temperantur. Ignis & aeris raritatem, leuitatem, tenuitatem, aquæ & terræ densitas, grauitas, crassities remorantur, illorū & aquæ splendorem, & perspicuitatem terræ opacitas inducit, & obtenebrat, ut ex contrariis huiusmodi, tum substantiis, tum qualitatibus inuicem totis per se totas mistis generata omnia temperentur, & perducent, donec elementa hæc quatuor cōcordi pace ligata manent, ut idem de humeribus corporum sanguine præditorū velut elementis intelligas.

Vbi enim calidū per se magis cum fisco in nobis abundat, adusto sanguine bilēm vtranque gignit, ut frigidum per se magis, cum humido pituitam, temperaturæq; symmetriam, & humorum corrumpit (in qua erat similarium & primarum partium sanitas) morbosq; accersit magnos pro intemperaturę & humorum ametriæ magnitudine. Omnis nanque intemperies insignis morbum gignit, maxima autem mortem affert.

Frigiditatis in terra, & aqua est eadem ratio, ut crassitiei, densitatis, grauitatis.

Obscur

Obscuritas autem terræ propria, & opacitas aliorum trium elementorū splendori, & perspicuitati obsistit, ac his temperandis cōmodant, quomodo visionem nostram à sole, & splendore dissolutam tenebræ & opacitas cogendo recreant.

Hæc igitur elementa quatuor quorum *Gal.libro concusione omnia gignuntur atque consimil.* crescunt, dum cōcordi pace velut consentiunt, res perdurat: dum dissident, & mutationibus sese plurimum exagitant, corrumpitur, aliaq; gignitur.

In qua mutatione quamuis ignis velut cauſſa effectrix, & terra tanquam mutationis subiectum principes tenere partes videantur, tamen reliqua etiam eximia sunt, quæ quatuor omnino necessaria.

Si enim calidum elementum sustuleris, concreſcat humidum caloris inopia: si frigidum pereat elementum, omnia ignis erunt: si ſiccum tollatur, aqua erunt omnia: si humidum, terra, interibuntq; corpora quæ sub cœlo ſunt vniuersa.

Nec ſolum quatuor elementa eſſe oportuit, ſed qualitatibus quodammodo contraria, & ſubſtantiiſ, alioqui in ſe non agerent, ſi eſſent similia, nec à ſe paterentur, ſed ſe ipta fouerent tanquam vnum eſſent.

essent. Hæc de elementorum proprietatibus, facultatibusq; sufficient, quo autem mouente misceri inuicē queant, paucis addendū est, cùm per se omnino nunquam simul coeant ac cōgrediantur, multò minùs misceantur, leuia enim duo suæ pte natura sursum rectā tolluntur, grauia duo reliqua deorsum rectā declinant.

Quo igitur mouente hæc tolluntur, illa deturbantur, vel saltem in hæc quietis amica illa deorsum præcipitata cum his cōtribulantur, ut etiam terra ipsa & aqua elementis quatuor sit mista.

Sphætarum omnium, & in his planatarum, ac syderum motus irrequieti, ac splendores & radij ignē maximè, secundo loco aerem igni vicinum perpetuò commouet, atq; infernis his commiscet.

Quomodo si centropialæ rotundæ terram, & in circuitu eius aquam, & circum hanc vinum immittere possit, vt vitri fundo terram super hanc aquam, desuper vinum quotidie immittimus: deinde rotundam phialam exagites, rotatuq; celerrimo & perpetuò circumagas, tria hæc misceri cerneret, vt profecto in vitro miscentur.

Radiosverò mouere indicabit tibi aer, quem solis radij per fenestram illustrant.

In eo

In eo enim motu irrequieto corpuscula quædā agitari spectas apertè ob ambientis radios aeris obscuritatem, quomodo pluuiam gracilem, & raram depræhendis in opposita obscuraq; , & aperta feneстра, non depræhendis in albo aut splendido opposito, cùm tamen non è regione tantum fenestræ, vel obscuri alterius corporis pluat, & aliis etiam locis.

Eodem opinor modo earum velut atomorum motum in radiis per angustum foramen in locum obscuriorem receptis spectare potes, in viis publicis & locis patentibus non potes: vbi tamen omnino similiter moueri est non modò verissime, sed etiam verissimum.

Si enim quoquis loco ostium, vel aliud densum, sed fenestratum aut foratum in sole de repente statuis, motum omnino simul depræhendes.

Huc pertinet quod etiā in aere publico sole illustrato cernimus moueri corpuscula quamplurima, sed paulò grandiora, quām sint atomi.

Quæ verò qualitates aliae tactiles, gustatives, visiles, olfactiles, audibiles variam elementorum missionem sequantur, & præterea figuram, crassitatem, & id genus alia

alia docere præsentis nō est instituti, cūm  
præsertim ex Aristotelis libris, præsertim  
de anima, Theophrasto lib. de Plantis,  
Galenō lib. 4. simpl. & aliis, cuiuis discere  
fit promptum.

Hæc paucula de elementorum natura  
mihi asserere visum est, etiam si  
non pauca ex his proble-  
mata quibusdam  
videri pos-  
fint.

F I N I S.

